

marum voluntatum species iustæ sint, iuris effectum non habent : Cùm autem æquè suum effectum habeant , atque Testamentum, etsi non omnino eundem, negari non potest, quin & ipsæ iustam habeant sententiam. *Accurs. in l. 1. ff. qui test. fac. poss. quem sequitur nouissimè Vult. in princ. n. 16. & seqq. Instit. h. t. Diss. Bart. in d. l. 1. cui ad stipulatur Cuiac. in paratit. digest. & communiter Dd. Vigl. in princ. h. t. n. 24. Conan. lib. 9. c. 1. Don. 6. comment. c. 4. Couar. in tit. de Testament. part. 1. Rub. n. 9. Oldend. class. 5. act. in prin.* Angustia ita ostenditur, quòd sint quædam testamenta iniusta, quæ tamen non sunt nulla, sed suam etiam vim & robur habent : de quibus agit Vlpian. *in fragment. tit. 20. §. latinus.* sed cùm Modestin. tantùm egerit de Testamentis ciuium Romanorum, angustia quidem excusatur, latitudo verò adhuc manet. *Dn. Vult. d. loco.*

4.

An Princeps ex potestatis plenitudine testamentis priuatorum derogare, eorum leges tollere, & condiciones mutare possit, non sine ratione dabitatur? Non posse dicemus.

*Per l. 10. C. de Testament. l. 7. C. de prec. Imp. off. l. 5. C. de reuoc. donat.* Cùm iniuriosum sit indignumque maiestate regnantis, quæsitum ius vigore alicuius rescripti auferre. *l. 11. ff. de regul. iur. l. 9. C. de donat. ante nupt. l. 12. C. de R. V.* Aut contra ius cum alterius iniuriâ vana & inania conferre beneficia, *l. 4. C. de emanc. maximè cùm publicè expediat, suprema hominum iudicia exitum habere. l. 5. ff. Testam. quemad. aper. nec quicquam magis hominibus debeat, quàm vt supremæ voluntatis, postquam iam aliud velle non possunt, liber sit stylus : & licitum quod iterum non redit arbitrium. l. 1. C. de SS. Eccles.* Præterea cùm ea quæ iuris gentium sunt, à Principe sine iustâ causâ immutari nequeant. *§. sed naturalia. Instit. de iur. natur. gent. & c. l. omnes populi. ff. de iustit. & iur.* Et Testamenta sint iuris gentium : superest vt ea Immutatio Principis meræ & legitimæ potestati non subsit. Nec ad rem pertinet, quòd Princeps plenitudine potestatis vti possit, & quòd de potestate summi Principis disputare non liceat, cùm

B

hoc